

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XXVI. De juribus ad Gradus Scholasticos pro Collegio Transportinæ de  
Urbe FF. Carmelit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

fice confirmatas hospitalitatem erga pauperes infirmos, & convalescentes exercere, illisque inservire debeat; Verum contingat, ut dum ipsi Exponentes Processionibus publicis, que pro tempore peraguntur, intersunt, praedicti pauperes Convalescentes ope, & assistentia destituti remaneant, idque eo magis eveniat, quod non ita in illarum partium, ac in Italiae, aliarumque Europa Regionum Conventibus Religiosorum numerus frequens sit, adeoque dividi non possit, ut & dictorum Convalescentium necessitatibus, & memoratis Processionibus comitandis sufficiat, dicti Exponentes opportune in premissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desiderent.

**S. 2.** Nos igitur ipsorum Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum präsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censerter, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum & consilio, omnibus, & singulis memorata Congregationis Superioribus, Confratribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus, ut ipsi de cetero, ne ab iis, quibus ad infirmorum, & Convalescentium in ipsius Congregationis Hospitalibus degentium subventionem, & utilitatem sedulo vacant, ministeriis distrahanter, processionibus supradictis quacunque ex causa ex more, vel consuetudine, aut alias pro tempore faciendis, vel a quibusvis Ordinariis Locorum indicendis interesse minime teinantur, nec ad id ubique locorum per Ordinarios hujusmodi, seu alias quascumque personas quavis auctoritate, vel superioritate fungentes, inviti, seu nolentes cogi, vel compelli possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

**S. 3.** Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicutque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 4.** Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ Congregationis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanstris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

**S. 5.** Volumus autem, ut earumdem præsentium literatum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proflus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVII. Junii MDCCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de juribus ad gradus Scholasticos pro Studentibus Collegii S. Mariæ Transfontinae de Urbe FF. Carmelitarum.

Inn. XII. Conf. ed. 1692. Oct. 11. P. 2. extant decreta de promovendis studiis. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1704. Mar. 27., P. 4. conceduntur privilegia Lectorum in Collegio Sapientia de Urbe Lectoribus Collegii Ecclesiastici in Cœnobio S. Mariæ Transfontinae.

### C L E M E N S P A P A XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 27. Junii  
1702. An. 2.

**N**uper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Studentium Conventus, seu Collegii Sanctæ Mariæ Transfontinae de Urbe Ordinis ejusdem Beatae Mariæ de Monte Carmelo Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum exposito, ipsis alias vigore Constitutionum dicti Ordinis nonnullis prærogativis, circa eorum promotionem ad gradus Scholasticos gavios fuisse, dictasque prærogativas S. 9. Cap. 17. primæ partis prædictarum Constitutionum contineri, ibi nempe disponi, ut ad Cursoratus nuncupari, Philosophia cursum absolvisse, ac prius publicas disputationes super universa Philosophia hujusmodi, & quatuor lectiones in dictis Constitutionibus præfixas sustinuisse, ad Lectoratus, cursum Sacrae Theologiae similiter absolvisse, ac publicas disputationes, & quatuor lectiones in eisdem Constitutionibus designatas pariter sustinuisse, ad Baccalaureatus, Philosophiam, & Sacram Theologiam prefatam per biennium legisse, vel publicas disputationes itidem sustinuisse, & ad Magisterii in Sacra Theologia gradus promovendi post adeptum Baccalaureatum Philosophiam, ac Sacram Theologiam hujusmodi, etiam per biennium legisse, vel duas publicas disputationes in dictis Constitutionibus commemoratas similiter sustinuisse respetive debeat; verum dictos Fratres Studentes ab aliquot annis prærogativis hujusmodi per quadam Decreta prædictarum Constitutionum moderatoria tunc emanata, & subinde per quasdam felic. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris Nostri Literis in simili forma Brevis anno secundo ejus Pontificatus expeditas confirmata, privatos remansisse. Et in eadem expositione subiuncto, quod equum non videbatur eisdem Fratres Studentes sub generali Decretorum moderatoriorum hujusmodi dispositione comprehendi, quia multa speciales rationes, cur dictis prærogativis eis per dictas Constitutiones concessis, qua in usu semper fuerant, gaudere deberent, insimil concurrebant, ipsi nempe Fratres Studentes maximos labores, & totum pene dicti Conventus onus, Officia Sacerdotum, & Clericorum, ac exercitia ordinaria studiis in eodem Conventu, & extraordinaria in gymnasio Sapientia nuncupatorum de Urbe, quo se ut ibi lectionibus Ordinarii Lectoris interessent, conferebant, per agendo, sustinere, ac incommoda itinerum per ipsos ab eorum Provinciis ad dictam Urbem suscipiendorum perferrere, & expensas ad id necessarias facere, ac postea ad dictas suas Provincias, ut illic lectiones, quarum loca occupata, quam sapissime reperiebant, exercerent, redire, & post tempus lectione ad eamdem Urbe pro examine ad Magisterii in dicta Sacra Theologia gradum subeundo reverti, multaque

Referuntur  
dd. iura ab  
Ordinis  
Constitutio  
nibus con  
cessa, & post  
ea oblata  
per oblatam  
earum  
dem Conf.  
reformatio  
nem.

Causa pro  
restituitione  
relatorum  
jurium,

aliz

Preces FF. d.  
Congrega  
nis.

Concessio  
exemptionis  
a publicis  
Processioni  
bus.

Clausula.

ANNO  
1702.

CLEMENS UNDECIMUS.

375 ANNO  
1702.

Decretum  
Congr. præd.  
restitutione.

Preces Stu-  
dentium.

Confirmatio-  
relati Decre-  
ti.

Clausulae.

alia incommoda pati cogebantur, ac proinde diæ Congregationi Cardinalium supplicato, ut memoratas Constitutiones super præmissis observari mandaret: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminensissimum, & Reverendissimum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita. Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum pro voto remisit, auditus Patribus Generali, Procuratore Generali, & Assistentibus Ordinis, cœfuit, ac decrevit, super præmissis servandas esse Constitutiones ejusdem Ordinis, enunciato Brevi sa. me. Innocentii XII. non obstante. Roma 9. Septembris 1701. -- G. Cardinalis Carpineus - N. Grimaldus Secretarius,

J. 1. Cum autem, sicut dicti Fratres Studentes. Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretem hujusmodi, quo firmius subsistat, & serveatur exactius Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communirū suā opere desiderent: Nos ipsos exponentes specialibus favorib; & gratias prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praefectionum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes, supplicationibus eorum Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum, auctoritate Apostolica, tenore præsentum confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

J. 2. Decernentes easdem presentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quovis quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nequoniam quatenus opus sit Conventus, Collegii, & Ordinis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegios quoque, indulxit, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annumlo Piscatoris die XXVII. Junii MDCCII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXVII.

Confirmantur declarationes, & additiones ad Statuta Universitatis Fabrorum Ferrariorum de Urbe.

Præcedent. Statuta confirmata fuere ab Alex. VIII. Conf. ed. 1690. Inn. XII. Conf. ed. 1693. Sept. 25. P. 3. confirmatum fuit Decretum Universitatis Barbitonorum de Urbe. Et hujus Pontificis

Conf. ed. 1712. Maji 12. P. 12. confirmantur  
Statuta eorumdem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini divina dispositio præsidentes, ac publicæ utilitatis curam assidue ferentes ea, quæ pro felici prospero roque Artium, & Universitatum Almæ Urbis nostræ, cuius commodis peculiari paterne charitatis affectu studemus, prouide confitura, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio libenter constabilius.

S. 1. Exponi liquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Universitas, & Homines Artis Fabrorum Ferrariorum de eadem Urbe, quod licet alias felic record. Alexander Papa VII. Prædecessor noster dictæ Universitatis Statuta per quasdam suas in simili forma Brevis anno 1690. desuper expeditas Literas specifice confirmaverit; Quia tamen nonnulla Statutorum hujusmodi Capitula ab antiquis diversa, ac inter se ad invicem contraria; alia vero dubia, & obscura reperiebantur proindeque in illis pre ipsorum conciliatione, & declaratione aliquid etiam addendum, & innovandum videbatur; ipsi Exponentes ad tollendas controversias hac in re inter eos exortas insimul congregati nonnullas declarationes, & additiones in prædictis Statutis fecerunt, quæ jussu nostro per dilectos filios Senatorum, & Collaterales Curie Capitolinae dictæ Urbis, visæ, & examinatae, & approbatæ fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet.

Nel Libro Primo de' Statuti dell' Università de' Ferrari.

Il Cap. 8. del Libro primo; dove dice, che l'approvazione di ciò non s'intenda averla ottenuta, se non sarà vinta per il voto di due terzi, almeno in questa parte lo moderiamo. Dichiarendo, che basti aver vinto il partito per il voto della maggior parte; restando ferma tutta ogn'altra cosa, che in detto Capitolo si dispone, aggiungendo di più per maggior osservanza di detto Capitolo, che cadino in pena li Consoli di scudire per ciascheduna volta, che daranno patente, o licenza contro la forma prescritta in detto Capitolo, e detta patente, o licenza contra la forma prescritta in detto Capitolo, sia ipso facto nulla, e nessuno possa dar licenza d'aprire o tenere aperte dette Botteghe, tenza, che siano prima approvati, ed appatentati.

C A P I T O L O X X I.

Essendo certo, che nessuno puole effercitare alcun'Arte delle comprese nella nostra Università, se non sarà stato approvato precedente l'esame, e speditali la patente, o pure se farà di quelle arti, che non sono sogette a far esame, se non avrà spedita la patente, altrimenti cada nella pena, come anco di defistere dall'esercizio dell'Arte, che professerà, e deve ferrare la Bottega, come si dispone in detto Lib. 1. Cap. 8. t. 9. quanto nel Libro 3. Cap. 1., ed in altri Capitoli rispettivamente; ma perchè alle volte alcuni sono sedotti da chi procura solamente tirare in lungo le liti, e fargli dispendiare senza profitto alcuno con configliarli, che quando sono condannati dalla Giustizia a spedir la patente in conformità degli Statuti, pagare la pena, e chiudere la Bottega, s'appellino, il che poi resulta in pregiudizio d'essi medemini Appellant, ed essendo in detto Capitolo 2. proibita detta Appellazione in ogni modo per evitare ogni attacco, e dispendio,

Dat. 28. Junii  
1702. Ann. 2.

Exordium.

Causæ in-  
sequientium  
Declaratio-  
num, & Ad-  
ditionum a  
Senatore, &  
Collaterali-  
bus Curie  
Capitolinae  
probatarum.

Capitula su-  
per Arte in  
genere.

De Licensiis  
concedendis

De Appella-  
tionibus.